

gar. & pupill. substit. ubi notant Doctores. Jason in l. 1. §. quis si ita n. 16. ff. de verb. oblig. qui nulla conjectura adeo efficax esse potest, ut sit potentior voluntate expressa, quae facit, ut conjecturis locus non sit, l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. obligat. l. Labes, ff. de suppellectile legata, l. lile, aut ille, §. cum in verbis, ff. de legatis, & plene confirmant Mantica de conject. ultim. voluntatum, lib. 1. titulo 1. num. 11. & lib. 12. titulo 17. n. 2. §. 3. & lib. 3. titulo 4. n. 1. & sequentibus. Achilles Pedrocha in cons. 36. n. 192. & n. 311. Petrus Magdalen. de num. testium in testamentis requisito, l. part. cap. 6. num. 30. & cap. 16. n. 126. Joan. Vincent. Honded. in cons. 78. n. 40. lib. 1. Sed in propofita specie videtur adesse expressa voluntas, quae ex specialibus vocationibus deducitur; & sic censere debet conjectura ex verbo Majoratus, aut institutione ejusdem deducta, utpote cum conj. tunc voluntatis sumi debeant ex eo, quod est expressum in testamento, & non aliter Bald. in l. 1. C. de his qui ante apertas tabulas. Decius in consilio 397. n. 6. Socin. junior. in consilio 117. n. 33. lib. 1. quos adducit Joann. Vincent. Honded. in consilio 60. n. 51. volum. 1.

75 Nilominus tamen in hoc dubio Ludovici Molinae sententiam securiorem, & verioremi puto: & si casus occurreret, libentius secundum eam consulere, & judicarem, credens in propofitis casibus fortius urgere ejusdem Auctoris fundamenta, & rationes, illisque maturè perpensis, de facili responderi posse his, quae numeris precedentibus in contrarium adnotaveram, & verè negari non posse, quin vel uno tantum verbo omnibus sit satisfactum, ex dictis supra, item ex eo, quod in dictis casibus, adeo clarè voluntas testatoris deprehendi valet, ut expressa illa iudicari debeat; nam ex quo testator expressè dixit, se facere Majoratum, & consequenter velle, ut bona perpetuo conserventur in sua familia, quod est credendum ex sola prolatione verbi Majoratus, etsi aliter de conservatione non sit cautum, juxta ea, quae dicebam supra, in initio hujus capituli, & considerata in propofito per Burgos de Paz juniorem civilium, quaest. 22. num. 69. & seq. standum est huic voluntati, etsi vocationes deficient, cum tamen voluntas non deficiat, eaque ex his colligatur, quae in testamento expressa sunt, & idcirco ad perpetuitatem inducendam ita sufficiens esse debeat, sicut si nominatum, aut specialiter expressa fuisset, & plures aliae vocationes essent factae, juxta ea, quae scripserunt Hieronymus Gabela in consilio 111. n. 3. lib. 1. Socinus junior in consilio 111. n. 26. lib. 1. & cum Rolando, & alijs Joannes Vincentius Honded. in consilio 69. n. 10. & 11. lib. 1. & ad haec reduci debent, quae adnotavit in propofito Molina ipse dict. cap. 4. lib. 1. n. 28. Burgos de Paz dict. quaest. 2. n. 91. & sequentibus. Nec potest deduci concludens conjectura ex eo tantum, quod certae quaedam, aut speciales vocationes factae fuerint: cum in contrarium fortius, & magis urgeat conjectura alia, quae ab institutione Majoratus, & perpetuitate ipsius deduci debet; ubi verò de conservatione bonorum in familia, aut in agnatione expressè caveretur, aut alio modo de perpetuitate ageretur ab institutore, indubitanter id procederet, quidquid Peralta, & alii superius relati repugnent; quod dilucidè magis constabit ex his, quae dicentur casibus sequentibus, atque ex his, quae in propofito optimè adnotantur Roland. in consilio 23. n. 15. & sequentibus, lib. 4. Burlatus in consilio 52. n. 40. lib. 1. Hyppol. Riminald. in consilio 279. n. 1. & 2. §. n. 6. & in consilio 482. n. 34. lib. 5. Decius in consilio 1. ex n. 266. cum multis seq. lib. 1. Jacob Mandellus de Alba in consilio 483.

77 Idcirco septimus, & necessarius casus sit, quoties Majoratus institutor, factis aliquorum filiorum, & descendendum ab eis specialibus vocationibus, juxta speciem propofitam in casu praecedenti, ad collateralium vocationes non descenderit, dixerit tamen dispositionem suam, aut Majoratum facere favore generis, &

familiae, & ad illius conservationem, vel ut bona perpetuo in familia, aut in agnatione sua conserventur, sive alia similia verba adiecerit, tunc enim manifestè deprehenditur, testatorem voluisse perpetuum Majoratum inter omnes, qui ex sua familia processerint, constituere, & consequenter bona non manebunt libera in ultimo ex descendens vocatis, sed ad collaterales etiam extendentur, cum verbo generis, aut familiae omnes comprehendantur, l. pronuntiatio, §. familiae, ff. de verborum significatione, l. cum ita, §. in fideicommissis, ff. de legatis 2. & ratio generalis adjecta familiae conservandae efficere debeat, ut omnes de familia contineri dicantur, quamvis specialiter vocati non fuerint, l. cum pater, §. dulcissimus, ff. de legatis 2. Decius in consilio 23. n. 4. & in consilio 315. colum. 2. Socinus in consilio 227. colum. 4. in principio, lib. 2. Craveta in consilio 130. n. 10. & in consilio 113. n. 5. lib. 1. Alcizius in consilio 184. n. 1. & n. tertio. Cephalus in consilio 137. n. 38. & 39. lib. 2. Beretta in consilio 39. n. 12. Marciarius in epitom. fideicommissorum, quaest. 14. Albanus in consilio 51. n. 6. & 7. Peregrinus de fideicommissis, articulo. 29. n. 15. & 16. qui dicunt, & late comprobant fideicommissum simplex, & absolutum inter omnes de familia aut de agnatione induci, quando testator procedit disponendo, quia vult bona sua perpetuo conservari in familia, aut in agnatione sua. Decianus etiam in consilio 31. n. 98. volum. 1. Hyppol. Riminaldus in consilio 147. n. 7. & 8. lib. 2. & in consilio 279. n. 1. & 2. & n. 6. 7. & 8. n. 43. §. 50. lib. 3. & in consilio 371. n. 2. & tertio, §. n. 6. & 7. & sequentibus, lib. 4. & in consilio 739. n. 53. & sequentibus, §. n. 83. lib. 7. ubi latius fundat, fideicommissum censeri actum, & inductum active, & passive, & in perpetuum in omnes de familia per ea verba, quod bona remaneant in familia, vel non exeant de familia, aut quod conserventur in agnatione, & ob eam rationem fieri extensionem de una persona in aliam & cum Parisio, Decio, Rolando, Deciano, & Marcario, quos ibidem adducit, reddidit rationem, quis qui vult consequens, vult necessarium antecedens, l. denique, §. interdum, ff. de peculo legato, cum similibus: non enim bona necessariò conservantur in agnatione, & familia, si aliquo casu remaneret libera, nec fideicommissio obstricta. Jacob Mandellus de Alba in consilio, 483. num. 4. §. n. 17. & sequitur latissime declarans Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quaest. 5. n. 2. & multis sequentibus, ubi n. 8. ex Curtio, & alijs, rectè adnotavit, idem dicendum esse, si testator idè expresserit se facere fideicommissum, ut bona in sua domo conserventur: quod est notandum, quia saepe vidimus in Majoratibus Hispaniae talem rationem per institutores Majoratum adjectam, & in casu nostro, atque in Majoratu loquentes, ex similibus verbis perpetuum Majoratum induci, probant expressè Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 5. n. 7. §. num. 16. in versiculo, imò plus dixit. Burgos de Paz senior in consilio 45. n. 8. & 9. Burgos de Paz junior civilium, quaest. 2. n. 104. Blasius Flores Diaz de Mena variarum, lib. 1. cap. 18. n. 37. & ad haec reduci debent ea, quae ex Gregorio Lopez, in casu praecedenti adnotavimus, quatenus dicebat ipse, quod ubique adfunt verba perpetuitatem denotantia in favorem generis, aut familiae, non inducitur restrictio aliqua ex eo, quod aliqua vocationes speciales fuerint factae, sed ad collaterales etiam extendi debet Majoratus in infinitum; & idem observandum erit, quoties factis antè specialibus vocationibus aliquibus, Majoratus institutor bona alienari prohibeat ratione expressa, ut perpetuo conserventur in agnatione, aut in familia sua: tunc enim Majoratum perpetuum instituisse videtur, ex Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 5. n. 7. & n. 16. Burgos de Paz senior in consilio 45. ex n. 5. usque ad n. 14. Burgos de Paz junior civilium, quaest. 2. n. 105. & numeris sequentibus, & Velasquez

73 velasquez de Avendanno in l. 41. Tauri, glossa 3. num. 11. comprobaturque ex communi Doctorum resolutione, existimantium, ex hujus rationis expressione censeri inductum fideicommissum perpetuum, & absolute inter omnes, qui de familia sint: quod tenent infiniti relati per Molinam dict. cap. 5. num. 16. Achilles Pedrocha in tractatu adipiscende possessionis a num. 192. usque ad num. 233. Mantica de conjecturis ultimorum voluntatum, lib. 6. titulo 14. num. 24. Peregrinum de fideicommissis, articulo. 29. ex num. 15. cum sequentibus, folio 276. Grassum §. fideicommissum, quaest. 5. num. 9. & tribus diversisque Doctorum sententiis relatis, atque fundamentis earum adductis, in hanc sententiam se proclivorem dicit Andreas Fachineus controvers. jur. lib. 4. cap. 49. fol. 455. dicens, quod ex provisione alienationis, clausula adjecta, quia testator vult bona conservari in agnatione, & familia simplex inducitur & absolutum fideicommissum, Cephalus etiam in consilio 193. num. 6. §. 7. lib. 2. & in consilio 353. num. 45. lib. 3. Rolandus in consilio 23. lib. 4. Menochius in consilio 197. sub. num. 55. lib. 2. Curtius junior plures casus distinguens, in consilio 145. a num. 4. usque ad num. 11. lib. 1. Anguissola in consilio 9. num. 2. & 6. lib. 6. Decianus in consilio 31. num. 19. §. num. 103. & in consilio 50. num. 12. lib. 1. Vegius in consilio ultimo, num. 369. & pluribus seq. §. num. 420. cum multis sequentibus, Hyppol. Riminald. in consilio 20. num. 7. cum seq. & in consilio 23. num. 229. lib. 1. & in consilio 147. num. 7. & 8. lib. 2. Fabius Turretus in consilio 77. num. 11. & seq. §. num. 16. Joannes Francisus de Ponte in consilio 46. num. 28. & 29. Aldobrandinus in consilio 31. num. 14. & tribus sequentibus, Alexander Raudensis de analogis, lib. 1. cap. 34. num. 205. Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quaest. 2. num. 43. & quaest. 5. ex num. 41. cum multis sequentibus, ubi num. 43. & 44. testatur hanc sententiam verioremi esse, & magis communem

74 Nec obstant praedictis, quorundam Auctorum traditiones, Decii in consilio 261. Superioribus, columna finali, in versiculo, nec obstat, & in consilio 218. num. 16. Moderni Paris. in consilio 1. num. 109. §. num. 113. cum alijs adductis per Petram de fideicommissis, d. quaest. 5. num. 28. in fine, & num. 50. & sequentibus, Menochii in consilio 347. num. 34. lib. 4. Barboza in l. si constante, in principio, num. 103. in fine, versiculo, & existit secunda conclusio, fol. 563. ff. de soluto matrimonio, qui in ea fuerunt sententia, ut existimarent, fideicommissum ampliandum non esse, etiam propter rationem expressam, quae generaliter sit ipsa dispositione; imò generalem rationem non alterare specialem ipsam dispositionem, sed juxta eam potius intelligendam, & restringendam, idque per text. in l. pater filium §. fundum Titianum, ff. de legatis tertio, ubi testator fundum alienari prohibuit, & adiecit haec verba: Ita enim fiet ut fundus Titianus de nomine vestro non exeat. Ex tamen non inducitur simplex; & absolutum fideicommissum inter omnes de familia.

83 Sed responderi potest, primò, id non esse absolute verum, aut valde incertum esse ex eo, quod infiniti contra tenuerint, ut supra vidimus, & in terminis contra Decium, & alios insurgit, & ab eis discedit Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quaest. 2. num. 21. & quaest. 5. num. 29. & sequentibus, §. num. 41. & multis sequentibus.

84 Secundò, dato quod superior traditio vera esset, procedere dumtaxat deberet in fideicommissis, non verò in Majoratibus, et ratione, quod cum fideicommissa contineant onus, strictè interpretari debent, l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulga. & pup. substit. Decius in consilio 95. columna antepenultima. versiculo, sed tamen in casu, & in consilio 465. num. 14. Craveta in consilio 181. num. 1. Cephalus in consilio 231. num. 15. & in consilio 168. num. 27. lib. 2. Berolus in consilio 79. num. 3. lib. 2. & cum alijs Alexander Raudensis de analogis,

lib. 1. cap. 29. num. 8. fol. 226. late Caevallus practica-rum commun. quaest. 674. a principio, Paul. Leonius Patavinus in consilio 27. num. 4. inter consilia ultimorum voluntatum, volum. 2. ubi dicit, quod ipse allegat ad hoc textum in l. si arrogator, ff. de adoptionibus, & ibidem optimè inducit eum: Majoratus verò favorabiles sunt, atque propter bonum publicum introducti; cum de familiae conservatione in eis tractetur, idè quae non sunt restringendi sicut fideicommissa, sed potius ampliari debent, juxta ea, quae scripserunt Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 4. num. 28. in versiculo, similiter, & cap. 18. per totum. Rojas in epitome successioman, cap. 3. num. 20. 24. & 43. Burgos de Paz junior civilium, quaest. 2. num. 36. Caevallus practica-rum commun. d. quaest. 674. num. 11. & sequentibus.

85 Tertio etiam reponderi potest ex his, quae eruditè, & multum ad propofitum observavit Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 5. num. 20. & sequentibus. Bonifacius Regetius in consilio 25. num. 100. & sequentibus lib. 1.

86 Quarto denique responderetur, text. in dict. §. fundum Titianum, l. pater filium, ff. de legatis tertio, nihil urgere in contrarium; loquitur enim ille text. quando verba sunt enunciativa futuri cujusdam eventus, quem sperabat testator: quo casu non inducitur dispositionem, nec ampliant praecedentem legem, Julianus, §. 6. §. 1. ff. de legatis tertio: secus tamen erit, quando in modum causae finalis prolata fuissent verba, ut in nostro casu; quoniam tunc dispositionem ampliant, & fideicommissum inducunt inter omnes de familia, licet specialiter non sint vocati, nec in dispositione expressi, ut eleganter explicavit Bartolus ibidem, quem sequuntur plures Auctores relati per Molinam lib. 1. cap. 5. num. 17. Cephalus in consilio 510. num. 5. §. num. 7. lib. 4. Burlatus in consilio 52. num. 40. & in consilio 9. num. 16. volum. 1. Michael Grassus receptarum sententiarum, §. fideicommissum, quaest. 5. num. 6. Achilles Pedrocha in consilio 38. num. 169. Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quaest. 5. num. 46. & num. 54. & num. 68. & num. 81. Fachineus, qui concludentem rationem assignat controvers. jur. lib. 4. cap. 49. in fine.

87 Octavus casus sit, cum institutor Majoratus post factas speciales aliquas vocationes generalem clausulam subjiciat in fine dispositionis, qua significet, se velle familiae suae, aut generi confidere, aut quid simile adjiciat, quod perpetuitatem denotare videatur; tunc enim indubitanter etiam verum erit, Majoratum non finiri in vocatis, sed ad collaterales, & omnes de familia ordine successivo extendendum. Ratio est, quoniam clausula generalis in fine appofita, ampliat dispositionem praecedentem l. si servus servum, §. inquit lex, ff. ad legem Aquilianam, & per Antonium Gabrielem commonium, lib. 6. titulo, de clausulis, conclusio 91. & sub verbo, linea, aut agnationis, comprehenduntur omnes collaterales, & censentur vocati in dispositione ipsius favore facta, ex Barbatia in repetitione l. cum actissimum, C. de fideicommissis, num. 114. Bolognero in repetitione §. Dicit, l. filius familias ff. de legatu 1. num. 295. & sequentibus, Petro Antonio de Petra de fideicommissis, quaest. 5. num. 183. & casus praedictus convenit omnino his, quae ex Gregorio in legibus quibuldam Partitae, superius tradidimus; quatenus ipse ad perpetuam Majoratus conservationem dumtaxat requirit; quod aliquod verbum ab institutore adjectum fuerit quo perpetua successioman causa in futurum denotari videatur, etiam si speciales aliquae vocationes factae fuerint: convenit etiam & aliorum quampulurim traditionibus, quos refert Avendannus in l. 41. Tauri, glossa 3. num. 24. Molina de Hispanorum primogeniis lib. 1. cap. 5. num. 33.

89 Idem dicendum erit, si Majoratus institutor, quocunque alio verbo, successioman perpetuitatem denotet aperte; ut si adiciat verbum, in perpetuum, semper, omni-tempore

tempore in institutum, aut aliud simile; tunc enim perpetuum majoratum institui videtur ex his, quae scribunt Decianus, in cons. 50. num. 18. Et sequentibus, lib. 1. Ruinus, in cons. 168. num. 19. Et sequentibus, lib. 3. Cephalus in cons. 624. num. 21. Et sequentibus, lib. 5. Hypolit. Riminald. in cons. 147. sub num. 13. lib. 2. & in cons. 279. num. 12. Et 13. Et num. 15. Et sequentibus, lib. 3. & in cons. 482. num. 67. l. 5. Quia dictio, semper, apposita in dispositione, significat tractum temporis, & omni casu, & tempore, ex l. prima, cum communi Doctorum sententia ibi, ff. soluto matrimonio. Bonifacio Rogerio in cons. 25. num. 82. lib. 1.

91 Similiter dictio, in perpetuum, habet tractum futurum in futurum, & donat tempus in secula seculorum, ut scribit Bartolus in l. annua, §. Titia, ff. de annuis legatis. Alexander, Socinus, Cumanus, Parisius Gozadinus, Rolandus, & alii, cum quibus Riminaldus d. cons. 279. num. 16. Et 17. lib. 3. Peregrinus de fideicommissis, articulo, 27. num. 2. fol. 251.

92 Idem etiam dicendum est, quoties factis specialibus vocationibus per modum rationis, aut causae finalis dixerit institutor. Quia nolo quod bona mea exeant de domo mea, aut de nomine meo, juxta resolutionem Albani in cons. 54. colum. 2. Alciat in cons. 384. num. 3. & congerit nonnulla ad propositum Petrus Antonius de Petra, de fideicommissis, quae. 5. num. 19. 20. Et c. 21.

93 Tiberius Decianus responso primo num. 284. Et 285. volumine I. unde in casibus praedictis, collateraliter contententi se ad majoratum admittendum esse, obijci non possit obiectum commune, quod vulgo ferri solet: De te non loquitur scriptura, aut substitutio, ut alias argumentatur Socius in cons. 62. num. 104. volumine 3. Oldradus in cons. 21. Decianus in cons. 10. num. 48. & in cons. 34. num. 7. lib. 3. & alios referens Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 4. num. 5. Burgos de Paz in cons. 34. num. 13. Et sequentibus, Alexander Raudensis de analogis, ibi. 1. cap. 15. n. 328. nec etiam, quod de persona ad personam extensio fieri non debet, juxta ea, quae communiter adnotantur solum Scribentes in mille locis, & cum multis Decianus in cons. 1. numer. 145. Et 146. & in cons. 2. mon. 27. lib. 3. Cephalus in cons. 582. num. 2. & 3. lib. 4. Hieronymus Gabriel in cons. 111. num. 13. lib. 1. Scotus in cons. 41. mon. 7. tom. 2. lib. 5. cum infinitis aliis, quos congerit Additionator Gamæ in addit. ad decisionem 27. sub num. 2. Bonifacius Rogerius in cons. 25. per totum, lib. 1. Josephus de Rulicis in tractatu, an Et quando liberi in conditione positi vocentur, lib. 1. parte prima. cap. 2. ex num. 121. Et num. 130. & in cons. 1. num. 65. 66. 67. Et 69. Alexand. Trentacinius de substitutionibus, prima parte, cap. 1. ex num. 25. cum infinitis sequentibus. Quoniam in illis adsunt verba, quae perpetuitatem denotant, & apta sunt comprehendere agnatos, & cognatos etiam in infinitum, argumento l. stemmata, Et l. Jurisconsultus, §. nomen, & §. cognationis, ff. de gradibus. & sic omnes admitti debent ordine successivo, nam

94 cum Majoratū institutor ejus mentis fuerit in institutione ut bona sua in sua familia semper conservari vo- luerit licet descendentes tantum vocaverit & non collaterales, negari non potest, quin in genere saltem, si non in individuo, de collateralibus cogitaverit, quia alias bona non conservarentur perpetuo in sua familia, ut cum aliis optime declarans, eruditè advertit Paulus Leonius Patavinus in cons. 27. num. 110. inter consilia ultimarum voluntatum, volumine 2. Et consequenter ex praedictis verbis, atque ex verisimili testatoris voluntate, de persona ad personam, sicut de casu ad casum extendi debet ejus dispositio: quae in hac parte comprehensio dicitur potius quam extensio, ex Authoribus relatis supra, numero 92. in versiculo nec etiam quod de persona. Molina de Hispanorum primogeniis, libro primo, cap. quatuordecimo, numero 25. Et tribus sequentibus. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, libro tertio, titulo, 19. numero octavo, Et 9. Gallo,

§. fideicommissum, quaestione, 4. num. 22. Menochio lib. 4. praesumptione. 73. numero 5. Beretta in consilio 118. numero 28. Et sequentibus. Petra de fideicommissis, quaestione 2. numero 15. & quaestione 5. numero 56. & numero 66. Et sequentibus, Et numero 96. Et sequentibus. Paulo Leonio Patavino dicto consilio. 27. a numero. 104. usque ad numerum. 116. inter consilia ultimarum voluntatum, volumine 2. ubi optime declarat text. in l. siquis ita, §. 96. penultimo, ff. de testamentaria tutela. Camillo Gallino de verborum significatione, libro 9. cap. 4. per totum, folio 221. ubi etiam agit de ratione text. in dict. §. penultimo, de quo etiam vide Aldobrandinum in consilio 105. numero 14. Et tribus sequentibus, vide quoque Joannem Botam in cons. 50. per totum. Decianus in responso primo, numero, 24. 25. 26. 36. 37. 44. 85. 100. & 101. numero 120. Et num. 139. cum sequentibus, Et numero 158. volumine 1. Alexandrum Raudensem in responso 24. numero 74. Et num. 86. Et 88. libro secundo, Hypolit. Riminaldum in consil. 250. ex num. 12. lib. 3. & in consil. 531. num. 37. 38. Et 39. libro 5. & in consil. 21. num. 59. Et sequentibus, libro 1. & in consil. 181. num. 1. num. 33. Et 39. & num. 4. Et sequentibus, libro 2. Joannem Vincentium Honded. in consil. 48. per totum, lib. 2. Bonifacium Rogerium in cons. 25. num. 87. Et num. 92. lib. 1. Novus & ultimus casus sit, cum institutor Majoratus, in initio dispositionis generale aliquod verbum, sive clausulam aliquam generalem addiciat, qua perpetuum Majoratum institui velle, aut perpetuo conservare conservationi suae familiae videatur, postea vero speciales aliquas vocationes faciat, vel ad certas, & limitatas personas dispositionem suam restringat: tunc etenim perpetuum etiam Majoratum fecisse videbitur, nec in ultimo descendente, aut vocato finietur; & in hoc casu videtur expressè loquutus, & exemplum ponens, sic affirmat Burgos de Paz senior in consil. 45. num. 12. Et 13. & ipsum non referens, nec ita in terminis casum ponens Ludovicus Molina de Hispanorum primogenis, libro 1. cap. 5. ex num. 1. cum sequentibus, qui ea precipue ratione movetur, quem praefatus, aut procerum dispositionis, mentem & intentionem declarat disponens, atque perpetuum Majoratum condere volentis, per text. in l. finali, ff. de heredibus instituendis, quam multis exornat Domin. Antonio de Padilla, in l. eam quam numero. 47. Et sequentibus. C. de fideicommissis, Mieres de majoratu, in initio secundae partu, num. 43. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, libro 2. cap. tertio numero 40. Et sequentibus, Menochius lib. 6. praesumptione. 2. Molina de Hispanorum primogeniis, dicto cap. 5. ex numero. 2. Aldobrandinus in consilio 72. numero 9. volumine 1. Joannes Gutierrez practiarum, libro tertio, quaestione 17. Et 18. ex numero 88. per textum etiam in l. regula, §. Et licet, ff. de jur. Et facti ignorantia, ibi: Nam initium constitutionis generale est. Per quam dixit eleganter Imola in l. si quis ita, §. ea lege numero 9. ff. de verborum obligationibus, quod si principium constitutionis generale sit, quamvis postea subdantur aliqua verba, quae certas & limitatas personas respicere videantur omnino, nihilominus constitutio talis ita interpretanda est, ut generalis sit, & generaliter comprehendat omnes secundum naturam principii: & sequitur Decius, in cap. primo, in prima lectura, numero 9. in versiculo, Ultimo notandum est, de constitutionibus, & in consilio. 51. columna quarta, Corneus in consilio 273. columna tertia suo numero 30. libro 4. Geminianus in consil. 39. columna prima, Aldobrandinus in consil. 72. numero 10. lib. 1. Camillus Gallinius de verborum significatione, libro 5. cap. 11. per totum fol. 70. ubi adducit nonnulla notanda in proposito ad d. §. Et licet, & vide eundem Authorem cap. 13. Et 14. ejusdem libri Joann. Gutierrez practiarum libro 3. quae. 17. Et 18. ex num. 75. cum sequentibus, Et num. 101. Et 102.

CAPUT XXIII.

De instrumento remisso uni ex correis debendi.

Instrumentum, in quo duo erant obligati, cum alteri eorum creditor reddiderit, an praesumi debeat liberatio debitoris, cui traditum fuit instrumentum, ac etiam conjectura sumi, quod eidem donaverit actionem, quae adversus alium debitorem competeat sibi: ubi Guil. Cunei, Bartoli, & aliorum sententia communiter rejecta, ab aliorum impugnationibus immunis redditur, & l. primae, C. de donat. decisio exornatur nonnullis, item, an & quando donatio praesumi debeat, vel non, plenissime explicatur remissive, nonnulla quae noviter, & vere adnotantur, quibus Menochii & aliorum considerationes contra Bartolum subvertuntur, & ejusdem Bartoli sententia tuta manet.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumentum sui crediti cum creditor debitori suo reddidit, praesumitur remississe creditum, atque ita virtute taciti pacti, debitorem ipsum liberasse.
- 2 Et rejectis aliorum rationibus, Martini, Hugolinique ratio magis probatur.
- 3 Atque in pignore diversum jus constituitur.
- 4 Instrumentum, in quo duo erant, obligati, cum creditor tradidit alteri eorum, praesumi debeat liberatio debitoris: cui traditum est instrumentum, ac etiam conjectura sumi, quod eidem donaverit actionem adversus alterum debitorem competentem sibi.
- 5 Idque ex sententia Guillelmi Cunei, Bartoli, & aliorum, quae num. sequuntur approbatur.
- 6 Et pro illis fundamentum primum adducitur: Et l. si is qui duos, ff. de liberatione legata, nonnullis exornatur, remissive.
- 7 Secundum etiam fundamentum proponitur, Et l. primae, C. de donat. decisio nonnullis etiam exornatur, remissive, Et vide infra, num. 19. & sequentibus.
- 8 Fortuiti denique Garcia in eodem proposito consideratio quadam recensetur.
- 9 Instrumenti traditionem per creditorem factam uni ex debitoribus, qui instrumento erant obligati, illius liberationem operari, non tamen inducere praesumptionem donationis actionis contra alium debitorem; imo eo animo traditum praesumi instrumentum, ut is exigat ab altero debitore, Et creditori deinde restituat exactum, ex sententia Alex. Jason. Et aliorum contra Bartol. Et num. seq.
- 10 Donatio in dubio praesumenda non est, maxime ubi potest capi praesumptio, aut conjectura alterius rei, quam donationis, prout hoc num. latius probatur, Et multis exornatur remissive, Et vide infra, ex num. 21. cum sequentibus.
- 11 Instrumenti redditio per creditorem debitori facta, quando potest offerre aliam utilitatem, nunquam praesumitur remissio debiti.
- 12 Donationis praesumptio, ut excludatur, qualibet casu etsi levis sufficit.
- 13 L. ultima, C. de pactis conventis, contra sententiam Bartoli inducitur, Et respondetur illi, infra, ex n. 29. cum sequentibus.
- 14 In dubio propositum supra, ex n. 4. refertur sententia aliorum, qui opiniones contrarias conciliando, distinguendum esse arbitrantur, prout hoc num. Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris, Tom. II.

- adnotatur, Et vide infra, ubi eorum distincti citantur probatur.
- 15 Opinio magis amplectenda est, quae plures conciliat, quam altera ex opinionibus conciliatis, maxime in casu dubio.
  - 16 Doctori licet magno credendum non est, quando aliquam legem non allegat, vel alias concludenter dictum suum non probat.
  - 17 Bartoli opinio in casibus, in quibus extat Doctorum contradictio, tanquam principalior praevalere debet.
  - 18 Bartoli sententiam in superiori dubio a nonnullis improbatam, ab aliis in futurum amplectendam sperat Author, qui ex proposito consideraverint rationem, quam ad tex. in l. 2. §. 1. ff. de pactis adduxit supra in initio hujus capitis.
  - 19 L. prima, C. de donationibus si recte ponderetur, negari non potest, quin Bartoli sententiam probet; prout hoc num. & sequentibus advertit Author.
  - 20 Nec Menochii consideratio concludit, ut ibidem noviter advertit Author.
  - 21 Respondetur fundamento praecipuo, quod in quaestione praedicta contra Bartolum expendere solent Doctores communiter, Et n. seq.
  - 22 Et constituitur, regulam vulgatam, quod donatio in dubio praesumenda non sit, ex conjecturis cessare, Et illarum exempla nonnulla remissive traduntur.
  - 23 Donationem praesumi solum ex facto subsequendo, in specie l. uxori, §. ultimo, ff. de legatis tertio.
  - 24 Donatio praesumi debet ex facto translationis, aut cessionis jurium.
  - 25 Donatio praesumi debet, cum de alio titulo non appareat.
  - 26 Creditor in eodem actu, credendum non est, quod habuerit animum biforme, Et varium, quod esset absurdum.
  - 27 Atque ex ea conjectura, donationis titulum praesumi debere.
  - 28 Una Et eadem res, diverso jure censi non debet, cum nonnullis declarationibus, remissive.
  - 29 Text. in l. ultima, C. de pactis conventis, contra Bartolum male citari communiter, ut num. sequentibus demonstratur.
  - 30 Mulier tres species bonorum habere dicitur, scilicet dotalia, extra dotem, Et paraphernalia, Et num. sequentibus.
  - 31 Paraphernalium bonorum dominium regulariter non transfertur in maritum.
  - 32 Mulier eo ipso quod paraphernalia, aut instrumenta eorum tradidit marito, vel in domum ejus intulit, eidem videtur committere custodiam, Et administrationem illorum, Et dare mandatum ad exigendum.
  - 33 In specie l. ultime, C. de pactis conventis, tam super dote, &c. plura concurrere, ex quibus mandatum ad exigendum praesumi debet, nec tenetur maritus agens carere de rato, cum Alciato, remissive.

PRO dilucida, & distincta hujus Capitis explanatione, antequam ad praecipuum dubium deveniam, quod Guil. Cune. Bartol. & alii nonnulli excitarunt; item ut apertius appareat, veram esse fortassis sententiam Bartoli, licet ab aliis improbatam communiter, constituendum erit necessario, quod cum debitori suo creditor reddiderit sui crediti instrumentum, praesumitur remississe creditum, atque virtute taciti pacti, debitorum ipsum liberasse, per text. in l. 2. §. 1. ff. de pactis, cujus verba haec sunt: Et ideo si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos convenisse, ne peterem, profuturamque ei conventionis exceptionem placuit. Per text. etiam in l. 3. Et 4. ff. de liberatione legata, l. creditricem, C. de remissione pignoris, l. servum filii, §. eum qui chiro.